


Q. D. B. V.

De hominibus

## Visus imbecillitate & defectibus.



T inter omnes ad extra  
actiones nobilissimus omnium Visus  
est , ita membrum artificiosissimum.  
OCVLVS , siue globum , siue tuni-  
cas , musculos & neroos , siue humo-  
res lustremus.

Annisus est ipse Tullius hanc structuram curatius ex-  
primere , neque ille tamen , vel quisquam aliis homo,  
diuinum hoc opus exhaustire valet. Audiri vero mere-  
tur ex pluribus aliis saltim iam uno loco , quem physio-  
logiam Tullianam vocare integrum est , l . 2 . de Nat . Deor .  
c . 56 . f . 164 .

Ocvli , inquit , tanquam SPECVLATORES , altissimum  
locum obtinent. Ipse opifex membranis tenuissimis  
vestiuit , & sapsit : quas primum perlucidas fecit , vt per  
eas cerni possit : firmas autem , vt continerentur. Sed  
lubricos oculos fecit , & mobiles , vt & declinarent , si  
quid noceret , & adspectum , quo vellent , facile con-

A 2 uerte-